

si ictu viperino superaccedat, statim ut ignis per animantis corpus deferretur, & quam celerrimè cor petens corpus tumefacit. Ex his planè constat Viperam non totam esse venenosam, sed aliquas particulas non carere veneno.



IN QUA PARTE VENENUM insit in Vipera, in qua virtus Alexiteria, supra notuit. Modo videndum quomodo à simili fiat attractio, & à contrario expulso.

CAP. V.



UID sit venenum superius declaratum est, & multis quoque rationibus in dente contineri, & in gingivis pro certo confir-

firmatum fuit, & in vesica fellea, ut materia proxima ad Viperinum venenum conficiendum, quæ in totum denudata non est à venenositate, hoc uno modo probari posset: Si fel ictui Viperino extra illitum, venenum illud à Vipera ictu projectum, vagans, ut cor patet extra à felle trahitur, id certe non efficeret ullo pacto, nisi tanquam simile, neque attrahi posset, nisi à simili. Quod à Vipera emititur, cum ferit è gingivis, venenum est, actu à tota substantia, fel verò extra super impositum, quod trahit, venenum esse necesse est, ex animalibus, & herbis venenosis contractum & aliquo modo immutatum. Quod verò attrahat in confesso est apud omnes Medicos. Quod ex similitudine id faciat, jam notum est, quæ similitudo, vel in forma, vel in materia, vel in simul junctis; erit in felle non in forma veneni, quoniam pristina jam penè refracta, & deleta est. In materia esse non potest,

test, quoniam actio omnis provenit à forma, sed quoniam non est in totum denudata à forma veteri venefica, propterea auxilio caloris nativinitentis, vel adjuvante motum virtute expulsiva alexiterio intus præsumpto, venenum extra pellere antiquiores credidère. Nos magis mixtum curationis modum approbamus, ex levi attractione, ex similitudine materiae, non in totum abolita pristina forma, & ex contrarierate alexiterii expellentis, Sed multò probabilior actio ex forma exacta proveniet, ut ex capite Viperæ attrito, ubi actu venenum consistit, & appposito vulcusculo venenoso vera fiet attractio, & valida veneni extra deductio. Quo modo attractio à forma fiat jam conclusum est; Sed facultas alexiteria, quæ venenum extra corpus pellit, contraria proprietate in universum, & propterea ad eum propellere nititur. Venenum igitur Viperinum extra impositum, trahit

hit sibi simile in totum, forma ipsa
venenum unumquodque, quod pa-
riter fluxile est, ut magnes ferrum
quod simillimum sibi erat. Caro Vipe-
rina intus præsumpta ad cutim pro-
pellit tanquam Theramenes lapis,
qui ferrum longe à se expellit, Et
hæc satis.

QUALE SIT VENENUM

*Viperinum tribus illis in particulis
contentum, an dissimile sit.*

CAP. VI.



VENENUM in den-
te Viperæ natura à
primordio ab ute-
ro exeuntis confi-
stere certum est, ex
vi seminis genita-
lis, hoc veneno im-
buti ad dentes constituendos. Illud
autem compertum est, in Viperulis

B 3 ute